



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

51. An qui facit contractum vsurarium bona fide credens esse iustum
possit tamen lucrum retinere, quantum acquisiuisset per contractum
licitum? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 93. aliàs 92.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

borem quem in eo comparando apponeret: Syluest. *ver. supra* 1. q. 19. Angel. q. 16. Veg. *cas.* 26. Ioan. Medina q. 3. de *usur.* Tolet. 1. s. c. 83. Lopez 2. *part. instr.* c. 62. Petrus Navarra 3. de *rest. c. 2. dub.* 8. & alij, eò quod labore non deducto vi mutui accipis exculpationem laboris, quæ pretio æstimabilis est.

12. At merito contrarium docuerunt Molina *disp.* 316. Lessius 1. 2. c. 20. *dub.* 13. n. 98. Rebellius p. 2. l. 8. q. 6. n. 3. & alij penes Salas *tr. de usur. dub.* 1. c. 9. Nam est labor cessatio pretio æstimari possit, id verum est cum eam venalem facis, secus cum ex ipso mutuo nascitur, alijs libenter laborem subiturus. Eaque de causa cogens ad mutandum, vel mutuum non solvens præfixo termino, lucrum cessans solvere tenetur non compensato labore, qui in eo comparando intercedere potest. Si enim hic labor compensandus esset, cum plerumque lucro acquirendo æquivaleret, vt contingit in agricolis, & mercatoribus, raro occasione lucri cessantis aliquid recipi posset.

RESOL. XLIX.

An quis possit dare Titio mercatori magnam summam pecuniarum cum pacto, ut pro tali pecunia accipiat ab ipso Titio in fine anni, v. g. quinque pro centenario? Ex p. 1. tr. 8. Res. 30.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue, dummodo intendat celebrare tres contractus, vnum societatis, alterum assicuracionis capitalis; & tertium vendicionis lucri incerti pro certo, vel assicuracionis lucri certi pro maiori incerto. Et pro maiori intelligentia sciat Confessarius, quod talis casus ita procedit, nam, primo, prebent pecunia ad negotiandum in titulo societatis, ex qua negotiatione percipere quis posset decem, v. g. vel duodecim pro centenario. Deinde, cum eodem mercatore celebratur contractus assicuracionis capitalis, pro cuius assicuracione a mercatore suscepra, ille, qui dedit pecuniam illam, detrahit quinque, v. g. ex his, quæ probabiliter lucratus erat in contractu, & negociatione societatis. Et tandem pro assicuracione restantis lucri, detrahit etiam aliquid. Quibus ita peractis remanent, v. g. illa quinque, quæ licite, & sine vlla iniustitia sumi possunt: nam in tali casu seruat æqualitas; onera enim mercatori imposita compensantur iusto pretio. Et si supradicti contractus sunt liciti, si seorsum celebrantur, & cum diuersis personis; liciti etiam erunt, si simul, & cum eadem persona, & eodem tempore celebrantur, vt patet in contractu vendicionis cum pacto retrovendendi, addito contractu locationis, quo res vendita locatur eidem venditori.

2. Et ita iisdem verbis docet Bonac, de *contr. disp.* 3. q. 3. *punct.* 2. n. 2. qui citat multos alios, quibus ego addo Gratianum in *discept.* 1. 2. c. 36. n. 10 & 11. Sarmiento *select.* 1. 7. c. 1. n. 7. & *seq.* Morla in *emp. iuris* p. 1. *tit.* 1. q. 2. n. 30. Natta p. 2. *conf.* 40. n. 3. Ruben in *reper. c. pr. res. r. norab.* c. 5. n. 8. Palatium de *contr.* 1. 4. c. 12. Narbonam in 3. *part. Recopil. lib.* 5. *tit.* 18. *leg.* 15. *gl.* 2. n. 8. Homobonum de *exam. Eccles.* p. 2. *tr.* 9. c. 14. q. 44. Malderum in 2. 2. *tr.* 5. c. 2. *dub.* 9. Megalam in 2. 2. *lib.* 1. c. 17. q. 2. n. 25. & alios penes ipsos. Quidquid in contrarium asserat Azorius p. 3. l. 9. c. 3. q. 8. Sotus de *Iust. lib.* 6. q. 6. a. 2. Felicius *tr. de societ.* c. 19. n. 15. & *seq.* Perladorius *rer. quor. lib.* 2. c. 2. n. 9. & *seq.* cum alijs.

3. Et hæc omnia procedunt, etiamsi dicti contractus celebrantur tacite, & intentione implicita. Vnde ex his apparet, me olim recte respondisse, sine vilo scrupulo potuisse quandam relinquere in testamento pecuniarum summam tradendam mercatoribus, cum pacto recipiendi quinque pro centenario pro elemosina, cuiusdam conseruatorio puellarum danda; modò talem pecuniam reliquerit cum intentione, saltem implicita, ce-

Tom. VI.

lebrandi supradictos tres contractus. Et ex his etiam passim nõ obligamus viduas, & pupillos, qui suas pecunias tradunt mercatoribus cum pacto accipiendi quinque, v. g. pro centenario: quidquid, vt diximus, contra nostram sententiam dicat Azorius, Rebellius, & alij.

RESOL. L.

Petrus mutuauit Ioanni magnam pecuniarum quantitatē: putans se posse aliquid ex eo mutuo accipere, quod si sciuisset se licite non posse, alium non iniustum contractum celebrasset. Queritur modo, utrum posset lucrum retinere, quod acquisiuisset celebrando contractum iniustum, v. g. societatis, cambij, &c. Ex p. 1. tr. 8. Res. 47.

§. 1. **P**vlchra questio, & sæpius in praxi occurrens. Lessius de *iust.* 1. 1. c. 20. *dub.* 17. respondet negatiue, nisi expresserit, velle contrahere meliori modo, quo posset. Et ratio est: quia acquisita contractu iniusto non possunt retineri, vt ex multis probant Couarr. 1. 4. *var. res.* c. 3. n. 6. Valent. 1. 2. *disp.* 5. q. 3. 1. *punct.* 3. Azor. p. 3. l. 5. c. 11. Bannez in 2. 2. q. 78. *art.* 1. *dub.* 1. & *ibid.* Aragon. & Salon. cum Syluest. *ver. b. usur.* 99. *dub.* 1. & Atmilla *cod. verb.* n. 59.

2. Nec excusat bona fides: nam, si, v. g. Ioannes vendit bona fide aliquid supra iustum pretium, tenetur postea restituere excessum, nec pro lucro cessante debet aliquid retinere. Hoc etiam procedit in locato, & conducto, in cæbijs, & censibus, & similibus. Vide Io. Malder. in 2. 2. *tr.* 5. c. 3. *dub.* 13. in *fine* & Filliuc. 1. 2. *tr.* 3. 4. p. 2. c. 5. n. 106.

3. Sed contraria sententia vix est aliquibus probabilis: asserunt enim, quod si aliquis bona fide celebravit contractum usurarium, vel aliter iniquum, quem si cognouisset iniquum esse, alium iustum celebrasset; potest retinere lucrum, quod acquisiuisset celebrando illum contractum iustum. Ita sentiunt multi vñ docti, quos tacito nomine citat Lessius, *ubi sup.* n. 102. Et in terminis tenet hanc opinionem Emmanuel Sà *verb. usur.* n. 8. & hæc sunt eius verba: [Qui fecit contractum usurarium, bona fide credens iustum, potest tantum lucri retinere, quantum acquisiuisset alioquin per contractum licitum. Nec destituta ratione videtur hæc opinio; nam, qui celebrat bona fide contractum usurarium, implicitè intendit iustum titulum; & ita celebrat talem contractum, vt si sciret titulum iniustum, nollet contrahere; sed alium celebraret contractum licitum. Ergo, &c. Vide etiam Sanctarellum in *Res.* p. 1. q. 46. n. 11. Ex sententia horum Doctorem concludendum est, Petrum posse retinere illud ætætarium, quod ex pecunia mutuata accepit à Ioanne, salua, &c.

RESOL. LI.

An qui fecit contractum usurarium bona fide credens esse iustum, possit tamen lucrum retinere, quantum acquisiuisset per contractum licitum? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 93. alijs 92.

§. 1. **I**n *tr. de contr. resol.* 47. affirmatiuam sententiam contra aliquos probabilem putavi, innixus authoritati solius Emanuelis Sà, & aliquorum, quos tacito nomine citat Lessius. Sed nouissime inuenio hanc sententiam docere etiam Tannerum in 2. 2. *D. Thom. disp.* 4. 7. *dub.* 3. n. 99. Et ratio est: ait ille, quia hoc ipso quod mutuas, v. g. beneuolo affectu, & bona fide in gratiam mutuantis suam pecuniam exponit, probabiliter ceteri potest, & ipse omni, quo potest, modo licito ætætarium lucri accepisse, & contra etiam mutuatarius, & si expressè non monitus, saltem implicitè consensisset ad mutuantem in contractu indemnem seruandum; adeoque ad præstandum interesse, nisi aliunde contrarium constet. Licite ergo mutuas, saltem ratione lucri cessantis, retinet

N retinet

retinet quod accipit, modò alioquin cetera conditiones, ad hunc titulum requisitæ, dum contraheretur, adfuerint. Accedit, quòd talis non tenetur nisi iuxta leges possessionis bonæ fidei ad restituendum id in quo ex contractu dicitur est factus; non videtur autem ex contractu absolute dicitur factus, secundum id quod seculo tali contractu erat lucraturus, quia hoc potius ad eum in æmnam seruandum pertinet, meritò enim alioquin diceret se ex tali contractu damnum sensisse; ergo, &c. Hæc omnia Tannerus, ex quibus Confessarij multos ab onere restitutionis liberabunt.

RESOL. LII.

An sit usura mutuae, ut mihi, cum apud habeo, remutues; aut iusto pretio à me emas, vel in meo molendino molas? Quod est querere, an mutuator licite possit deducere in pactum eam iuris naturalis obligationem, qua ex honestate tenetur benefacere nostris benefactoribus; & hoc totum intelligendum est, sine incommodo mutuarij? Ex p. i. tr. 8. Ref. 59.

Sup. hoc in Ref. seq. fig. ganter in §. vi. & in alijs eius not.

§. 1. **C**ommunis opinio est negativa. Sic D. Thomas 2. 2. q. 78. art. 2. ad 2. & 4. & ibi Caietanus, Salonijs, Aragon, & Bannez, Petrus à Navarra l. 3. de restit. c. 2. dub. 4. n. 239. Molina l. 2. disp. 308. & 309. Couarruias lib. 3. var. c. 1. n. 1. Syluester ver. usura, l. 9. 2. Medina in sum. lib. 1. c. 14. §. 13. Lessius lib. 2. c. 20. dub. 8. n. 8. noster Megala 2. 2. lib. 2. c. 15. q. 2. n. 29. Mol-felius in sum. p. 2. tr. 12. c. 23. n. 43 & alij. Probatur hæc opinio vnica, sed validissima ratione: nam obligatio ciuilis, seu ex iustitia, ad tales actus, est pretio æstimabilis: sed, quando aliquis in mutuo ex vi pacti, seu contractus intendit aliquid pretio æstimabile, est usura: ergo, &c. Maior probatur: nam per illam ciuilem obligationem mutuatarius amittit aliquam libertatem, & subiicitur mutuantis; ergo. Est tamen notandum, quòd isti DD. asserunt, nullum esse peccatū, si mutuator obliget mutuatarium ad tales actus faciendos, non obligatione ciuili, sed solum gratitudinis: tunc enim nulla ciuilis obligatio ab eo petitur, præter eam, quā ipse habet ex iure naturali.

2. Sed affirmatiua sententiam tenuit Adrianus in 4. de rest. quest. de usura §. sed contra. D. Antoninus p. 2. tr. 1. c. 7. §. 10. Angelus verb. usura, l. n. 4. Maior, Almainus, Cardinalis, Ioan. Andreas, Laur. de Ridulphis, citati ab Azorio p. 3. lib. c. 7. q. 1. Probatur hæc opinio multis rationibus. Et primò ait Almainus: Mutuus tali pacto, & cum ista obligatione ciuili, non consequitur lucrum ex mutuo, cum det æquiualens proprij coloni, vel artificis, ut ad suum, v. g. molendinum, vel agrum veniat: ergo non est usurarius. Et ponamus, quòd ille prius locasset operas coloni, dedissetque ipsi pecuniam, & colonus noller operari, licet mutuae illi, ut operaretur pro pecunijs acceptis. Ergo etiam licitum erit mutuae cum pacto, ut mox aliquid remutues: sed hæc obligatio non est minus onerosa, quàm obligatio ciuilis remutuandi in posterum, quando gratitudo id postulat: ergo. Minor probatur: nam est minus grauis obligatio ciuilis mutuandi in posterum, quàm remutuandi statim; quia incertum est, an alter indegebit; & non teneris, nisi commodè possis: ergo, &c.

3. Hæc opinio videbitur alicui probabilis, sicut visa est Maldero in 2. 2. tract. 1. c. 3. dub. 4. qui contrariam sententiam tantum probabiliorē vocat. Ergo, secundum Malderum, hæc opinio erit vera, & probabilis. Adde, quòd ex neotericeis illam sequitur in terminis Rodriq. in sum. com. 2. c. 197. n. 5. & quia dicta Summa non est in Latinum translata, & non tam promptè inuenitur, ponam eius verba: [Certo es, quæ el que presta à otro algùn dinero, puede recibir algo, no como ganancia del dinero, sino como agradecimiento desta buena

obra, pues la gratitud es vna correspondencia deuida de derecho natural, y diuino, lo qual es tanto verdad, que puede el, que da prestado, imponer obligacion ciuil, al que lo recibe de le acudir con este agradecimiento; pudiendolo hazer sin notable daño suyo, como tiene Adriano, y San Antonino.] Hæc ille. Sed, an hæc opinio sit probabilis, alijs iudicandum relinquo.

4. Nota etiam singularem doctrinam Io. de Salas tr. de usura dub. 9. n. 4. & dub. 10. n. 3. ad 4. & dub. 13. n. 3. & dub. 16. n. 4. & dub. 11. n. 2. sumptam à Dominico Banez, & Arag. in 2. 2. q. 78. a. 1. Vega in sum. 2. c. 13. ca. 76. & alijs, quòd quando obligatio, v. g. ad emendum, remutuandum, &c. sine vlla incommoditate fieri potest à mutuatario, non est pretio æstimabilis. Et ideo si à mutuatario pactum deducatur, non est usura. Ex his poteris respondere ad suprapositā dubitationē, & ad multos alios casus.

RESOL. LIII.

Rogatus, an mutuant licet in pactum deducere, ut mutuatarius statim emas, vendat, remutuet, &c? Ex p. i. tr. 8. Ref. 60.

§. 1. **R**espondit in hac quæstione, varias esse Doctorum opiniones: nam Lopez, Sotus Aragonius, Grassius, citati à Ioan. Sala tr. de usura dub. 10. n. 3. & ipse etiam, asserunt, in tali euentu usuram committi, nisi obligatio sit reciproca. Eandem opinionem sequitur Ferdinandus Rebellius de oblig. iustitia, part. 2. lib. 8. q. 4. n. 10. vbi asserit, non minus feneratoriam conuentionem esse obligare mutuatarium ad statim mutuum, quàm in posterum. Nec D. Thomas, ait ille, asserens mutuant vnum, fas esse aliud mutuo simul recipere, nobis aduersatur: non enim negamus, vicissim posse simul fieri mutationem, ut D. Thomas ait; sed nefas esse dicimus imponi obligationem ad statim mutuum aliud; quòd D. Thomas non concedit. Probatur etiam hæc opinio alia ratione: nam, ut ait Salas, obligatio ad statim mutuum, emendum, &c. potest esse non minus grauis, & molesta mutuatario, & vtis mutuant, quàm obligatio ad mutuum, emendum, &c. in posterum: ergo potest esse aequaliter pretio æstimabilis; ac proinde, sicut est usura, ex pacto, mutui obligare ad hæc in posterum faciendā; ita ad statim.

2. Sed ego non minus probabilem esse existimō contrariam sententiam: nam, ut benè asserit Reginaldus l. 2. lib. 2. c. 1. n. 198. mutuas, nullam, causa mutui extorquet obligationem pretio æstimabilem, cum mutuatarius inde non maneat ad aliquid in posterum obligatus. Nec valet dicere, mutuatarium amittere libertatem vendendi, vel mutuandi in posterum: quia ex quo per illam in præsens tantummodo, non in futurum est quis subiectus, nullum censetur inde subire onus pretio æstimabile. Adde, quòd si obligatio ad statim mutuum esset pretio æstimabilis, obligatio ad statim vendendum erit etiā pretio æstimabilis; & sic posset quæ, vltra summum pretium rei venditæ, aliquid exigere pro tali obligatione. Consequens est falsum. Ergo.

3. Accedit, ut denuò notat Reginaldus, durum esse, de usura damnare hunc, aut similes contractus satis vitatos: Do tibi mutuo 100. aureos, vel 100. amphoras vini; ut mihi vicissim mutues 100. modios tritici, vel vendas iusto pretio 100. cados olei præsertim, cum ut dictū est, talis obligatio imposita mutuatario, ut pote, quæ est to. & sequi ad breuissimum tempus, nihil aut parū onerosa censeatur, neque pretio æstimabilis. Et sic hanc opinionem sequitur Petrus à Navarra de rest. lib. 3. c. 2. n. 23 §. 2. 4. 2. vbi absolute docet illā. Et probabilem illam vocat Dominicus Banez in 2. 2. q. 78. a. 2. & nouissimè Laym. in Theol. mor. l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 16. n. 1. qui omnino videndus est, vbi sic asserit: [Si dicatur homini: Si vis à me obtrine pecunijs